Estratto dall' Esculapio Napolitano. Fascicoli di Gennaio e Febbraio 1845.

Digitized by Google

(7

MISCELLANEA

ARCHEOLOGICA ITALO-LATINA

RAIMVNDI GVARINII

COMM. XIX.

NEAPOLI
TYPIS SOCIETATIS PHILOMATHICAE

1845

Digitized by Google

Digitized by Google

IN CIPPVM OSCO-ABELLANVM

CVRAE POSTERIORES.

Prolixa iam dudum de Cippo hoc Osco-Abellano, eruditorum omnium ore pervulgato, instituta a nobis tractatio est (1). Verum enimvero de una tunc temporis certa argumenti constitutione solliciti, caetera παχυτερῶς dumtaxat adumbravimus, quae ad dictiones singulas pertinebant cum apto ipsarum inter sese nexu, quo sententia omnis ad finem usque παρα την συνταξεος ἀκρειβειαν continuaretur. Ex quo factum, ut coniecturis nonnullis fuerit hac de causa indultum, quae etsi ad rem agrariam in genere facientia, in eo tamen, de quo agitur in specie, nullum revera locum habent. Mali causa pro ea temporis conditione fuere, cum Cippi hiatus non pauci, tum vocum singulatim expendendarum labor, cui nos minime pares sentiebamus. Usus nunc longior in his assidue pertractandis ad id

(1) In Cip. osco-abell. divinat. an. 1839.

quoque animos praestat, quod doctorum in votis esse, facile pervidebamus. Utinam et cum animo vires sufficiant pro rei dignitate, una ac difficultate!

Ne lectori in his percurrendis mora ulla sit, quae *osca* sunt, verbis quoque oscis referemus; sed characteribus communibus, quorum qui *currentes* appellantur, hi nostra insinuant supplementa. Hinc titulus, apposita sententiarum interpunctione, osca exutus persona romanam induet. Addentur notulae pro uberiori argumenti illustratione, et vocularum quarumpiam vi, atque origine percipienda, ad quorum trutinam perpensum, castigatumque volumus quidquid aiter de his alibi dictum. Quibus demum expediti tricis cippi summam omnem, de ipsius veluti meditullio expressam, lectori exhibendam curabimus, quod illi, prae caeteris, iucundum fore, iam nunc animo sine haesitatione praesumimus. In titulo exscribendo, non a dextra sinistrorsum procedemus, sed a laeva potius dextrorsum, quod cur ita factum, facile per se lector intelligit.

Cippi partis anticae descriptio, et restitutio.

§. I.

Eccum
Tribalac. *av*. um.
Liimitu. *Abell*.la.*no*.ru
Herecleis. phins.s. mephiis.i
ist. ehtrad. pheihuss. pu
Herecleis. phiisnam. amph
Etpert. viam. pustiss
Pai. ipisi. pustin. Slacii
Senateis. Suveis. tangi
nud. tribalacavum. li
citub. inim. iug. Triba
racciuph. pam. Nuvlanu
tribalacat. tuset. Nam
Vittiuph. Nuvlanu mestue
eccum. svaiad. Abellanus
Tribaracatuset. iug. Tri
baracciuph. nam. Vittiuph
Abellanu mestud. avt
pust. pheihuis. pus. phisnam. An
phret. eisei. terei. nep. Abel
lanus. nep. Nuvlanus. prun

trbaracat. tins. avt. Th.*e*
saurum. pud. esei. Tereiis.*s*
aun. patens. asmunacad.t.*ang*
inud. patens. ins. Inim. pri.*n ek*
thesaurei. puccathed. he. *recleis*.
ittum. alt. tramalit. *Ac*
irrias. avt. anter. Slaci.*is*
Abellanam. inim. Nuvlanam
Vllad. viuuruv. ispedu. *Pustin*
isai. eai. mephiai. teremen
iustaiet.

Haec partis Cippi anticae verba ad marmoris fidem descripta, de quibus hoc unum pro praesenti tironem admonitum volumus, casum gignendi pluralem multari litera M in fine, ut in vocibus *liimitu* pro *limitum*, et *Abellanoru*, atque *Abellanu*, loco *Abellanorum*, caetera ἰδιῶς exequturi in tituli versione, quam heic subiicimus.

1. Haec est turbatio limitum Abellanorum. Terminus finium (1) medius (2) stabat extra ficetum, ubi termini finales (3) circum, et per viam positi. Qui ipsi post (*positi*) a Slacio, Senatus Suvessulani decreto.

2. Turbatio iniqua licitatione (4) facta ibi de

Iugo. Turbationis auctor primus, Nolanus turbavit. Nam Vettius, Nolanas agens mensuras, illud de via (5) abduxit. Abellanus deturbatus est de Iugo. Turbator namque Vettius, Abellanas agens mensuras, ibi post ficetum posuit fines.

3. Ante ferantur (6) rationabili medela. Nec Abellanus, nec Nolanus quidquam eo loci interturbent.

4. Thesaurus (7), quod erit, *opus*, curatoribus in unum patens pro operib. publ. (8) decreto, *ad id* patens esto. Hinc ante omnia de thesauro restituantur termini, ubi iter alterum molitus est Acerras versus Slacius Abellanam inter, Nolanamque *terminationem*.

5. *Posthac* legitimi hi medii termini, et iusti (9).

(1) *Herecleis phins.s.* Prima vox Lanzio, aliisque est *Herculis*. Est autem *terminus*, de quo, ne actum agamus, vide alibi per nos dicta (a). *Phins.s.* est sine dubio *finalis*. *Mephiis* est *medius*, qui dictus et epipedonicus. *In agro Florentino sunt medii termini, qui dicuntur epipedonici* (b).

(2) *Iist.* Graec. ἵστη. *stabat*. Lanzio *pheihuss* est *Vicos*. Parum prospere. Est *ficetum*, vel *ficus*.

(a) In Divin. pag. 28.

(b) Goes. pag. 113.

(3) *Eipert.* Dele *t* paragogicum. Fiet *et per*, quod per se patet. Sic Homer. Il. XVII. v. 760. περι τ' αμφι τε ταφρον.

(4) *Licitub.* Sic in apographo. Mihi fere certum, legi oportere *licitud.* Quanti demum interest inter oscorum B, et R. Sit quodcumque. Vox est a verbo *licere*, quod, Festo docente, *translate ponitur pro decipiendo inducere.* Sed hic nil opus translata hac acceptione: nam Slacius, et Vettius revera a Nolanis videntur auro corrupti, quo Abellanorum causam proderent.

(5) *Mestue. Mensor*, casus recti. Ergo. *Nuvlanu mestue. Nolanorum mensor*, sive *mensuras agens.* Vocem *eccum* i. e. *ecce illud*, refer ad *iugum*, quod de *via publica svaiad*, *deviavit*, unde italorum *sviare*, ut Nolanis adiudicaret. Quo facto, *Abellanus tribalacat. tuset. iug. Deturbatus est de Iugo.* Protinus sequitur: *Turbator namque Vettius Abellanu mestud. avt. pust. pheihuis. pus. phisnam:* h. e. *in Abellanorum mensuris agendis, ibi post ficetum posuit fines. Mestud* igitur, ut *actud*, est *mensura* in auferendi casu, non *Mensor*, ut in voce *Mestue.*

(6) *Anphret. eisei. terei.* Nihil priori dictioni commune cum *ambitu*, vel *anfractu*, quod Lanzio in mentem venit. Est autem imper. modus verbi *aufero*, vel *antefero*, quod in idem recidit, et quidem *iusta*, sive rationabili, *cura.* Nam *eisei* est αση, *iusta*, et *terei*, cura, a θερειν, *curare.* Quae postrema vox consonat cum sibi cognata *Tereiis*, de qua mox.

(7) *Thesaurum. Thesaurus.* Oscis igitur vox generis neutrius. *Pud esei: quod erit*, subintellige *opus. Esei*

quippe est graecorum ἔσεται, *erit*. *Tereiis.s. Curatoribus*. Dandi casus pluralis a verbo θαρσεῖν, de quo paullo ante.

(8) *Asmunacad*. Commutato *s* in *d*, deletaque *d* paragogica in fine, fiet *admunaca*, ut in verbis *assuesco*, *aspicio* pro *adsuesco*, et *adspicio*. Ea de causa interpretamur ad literam *admunera*, sive *pro operibus communibus*.

(9) *Aun. ad unum*, quod Ictis *in solidum*. Vulgo *aunare* pro *adunare*. In tit. Amiternino: *aunom hiretum — commune sacrum*.

(10) *Patens. ins. Patens esto*, *pateat*. Quippe *ins*, nil valere aliud potest, quam *esto*.

(11) *Inim. pri*. n. ck *thesaurei puccathed he*. recleis. *Inde primum de thesauro restituantur termini*. De voce *puccathed* satis alibi, quae non vacat hic recoquere. Est autem a τιθημι.

(12) *Ittum alt. tramalit*. Diu nos comma hoc excruciavit. Lanzius vocem *ittum* contra Cippi fidem copulavit cum voce *patens*, reddiditque *iter patens*. At in Cippo est: *ittum. alt. tramalit*. Quod sic reddo: *iter alterum molitus est*. Quippe *tramalit* a *tramite* repetendum: commutatis namque limitibus Abellanis, Nolanisque, pristinum *iter* mutandum fuerat, quod Acerras exhinc ducebat, ut Slacius injuste molitus fuerat. Omnia nunc sic cum antecedentibus pulcre consentiunt. *De thesauro restituantur termini*, ubi *iter alterum ante*, *Acerras versus*, *molitus est Slacius Abellanam inter*, *Nolanamque* terminationem, *olla* ibi *infossa*, quae de pristina *via eruta*. Quod clarius patebit in not. seq.

(13) *Ullad. viuuruv. ispedu*. A Scriptoribus agrariis

lucem mutuamur: *omnes limites itineri publico servire debent, qui dextra, ac sinistra fines privatos dividunt, et in medio* ITER. PVBLICVM (a). Cum igitur Nolani in fines Abellanorum invasissent, et *iter publicum in tervertissent*, terminos inde ante constitutos loco dimoverunt. Inter terminos recensebantur, qui *orculares* dicti, et *lagenares*, vasa nimirum quaedam fictilia, quae humi infodiebantur. Termini hi orculares, sive lagenares, *ullae*, id est *ollae* nomine insinuantur, quos de via pristina erutos, novo tramiti infodi curaverat Slacius. Atqui ecce tibi per viam vocis *ispedu* potestas, quae participii vim habet quasi diceretur ἐιαπεδωμενω, *telluri infosso*. Thema erit πεδαω *pedibus calco*. Paullo aliter in parte Cippi altera: *ispid* ab eodem themate. *Ullad* igitur est auf. cas. et generis nobilioris, ut recte societur cum voce *ispedud*, sic enim complenda vox, ut *factud actud*, et alia similia.

(14) *Iustaiet*. Ergo Oscis coniunctio *et* praepositiva iuxta, ac subiunctiva fuit.

(a) Goes. p. 148.

Partis Cippi cum anticae, tum posticae synopsis.

§. II.

Nolanos inter, Abellanosque, Galatinis adfines, lis orta de Limitibus. Hos inter medium, ut de more agrario, erat iter publicum, cuius ex una parte Nolanorum, ex altera Abellanorum fines erant constituti. Abellanos a Nolanis disterminabat *Iugum*, seu *Collis*, et *Ficetum*, iuris utrumque Abellanorum. Nolani Abellanos de utroque deturbandos adgrediuntur.

Causae cognitio, sive Senatus romani arbitrio, sive partis utriusque consensu, delata ad Curiam Suessulanam est, quae rem Slacio cuidam nomine committit. Hunc Decurionem arbitror Suessulanum, qui Vettii mensoris fraudibus circumventus, Collem cum Ficeto, ex Senatus Suessulani decreto, Nolanis adiudicat. Nolani statim, interverso *itinere publico*, quod Acerras versus ducebat, pristinisque finibus remotis, hos *post* Ficetum traducunt, qui olim *ante* erant positi.

Abellani de accepta iniuria magno cum clamore ad Senatum romanum provocant. Qui cau-

sa recognita, damnatoque Suessulano decreto, Abellanorum fines pristinos redintegrari, iubet. Pro negotii absolutione, peculiari mandato, iniungitur Curatoribus thesauri Abellani *pro operib. publ.*, ut de thesauro ipso quidquid ad rem perficiendam opus foret, coram suppeditarent.

Altera pars Cippi simili non apta medelae est.

Parte namque laeva in primis, miserrime hiat, et versus in fine numero sex dimidio fere sui desiderantur. Quod sine dubio institutis Lexici nostri rationibus malum non leve, si voces mutilatas spectes, multoque magis omnino deperditas. At si argumenti summam respicias, detrimenti quidquid est, nullo eget solatio. Ex reliquiis enim satis est, omnia colligere. Sunt autem:

1. Senatus romani rescriptum ad Abellanos provocantes. Suessulani decreti damnatio. Finium Abellanorum restitutio in integrum.

2. Magistratus Abellani adhortatio ad Municipes, ut frequentes, sollemnique ritu adsint terminorum restitutioni, *sacrisque* ad id publice indictis. *Sacra* haec *sacaracla* ab Oscis dicta, quae minus accurate Lanzius pro *sacrariis* accepit.

Haec, nisi fallimur, nodi huius omnis, non ad vivum resecati, sed obstetricia, patientique manu, plexibus singulis expeditis, integra solutio. Et quando labor hic omnis tibi, Criteni amicissime, ab ipso limine devotus fuit, si demum ita absolutus novam a te gratiam ineat, nihil nobis ultra desiderandum.

Verum ecquid amplius moramur? Ecce et ipsam Cippi partem posticam, cui eas a nobis suppetias afferri posse, confidimus, ut vix quidquam desiderari posthac iure queat.

Emapui . vestiri . ciiui . mai. s . pu
prucid . sverrunei . quale . *herec*
lei . Abellanui . inim . manuvl.*an*
iu . Ciiui . mai . pu . Kalatui . . . . .
tricei . cecetagui . Nuvl . *anorum*
inim . lisat . uis . Abella . *nus.*
inim . cicatuis . Nuvlanuis
aus . Senatei . tanginud ,
Suveis . putuluspid . Lica . . .
Fufans . ecss . cumbened .
sacaraclum . herecleis
Slaacid . pudist . inim teer
pud . up . eisud . sacaraclu . *d*
puranter . teremmss . er . *eid*
ist . pai . teremenniu . Mu.*nicip.*
tanginud . prufatuset . R.*omai*
Amnud . pu . ei . idic . saca.*racl.*
inim . idic . th.*esau*.rum . muin.
Municei . t . *huei* ierei . fusia. . . .
eiseis . sacaracleis .
tere.*ii*.s . fructatiuf . fr.*et*
. . . . Muinicu . puturui . . . . . .
III . . . . Avt . Nuvlan.*eis*
Herecleis . fis.*nam*
ispid . Nuvla.*neis* . *pust* .
Nip . *id* . *inim* . li . *citud*

Primi versiculi novem partis huius Cippi posticae Senatus romani rescriptum ad Abellanos continent, qui ad eum de iniuria sibi a Nolanis inlata provocaverant; nec dubitandum, quin latine fuerit exaratum, quod Abellani magistratus, quo facilius omnibus pateret, de romano oscum fecerunt. Reliqui omnes versiculi a voce *lica* usque ad extremum adhortationem ad Municipes complectuntur pro terminorum sollemni restitutione, sacrisque ad id opus rite faciundis. Quae sic reddenda videntur:

Clamore magno vestri cives nos adierunt qualiter subversi termini Abellani sunt civis Nolani opera, qua parte Galatinus, incolit, *tertius Nolanorum adfinis. Hinc absolutus Abellanus est: hinc damnati Nolani, ex Senatus sententia, Suvessulana improbata.*

Licet, ovantes convenire ad sacrum pro finibus. Slacii pudet. Ibi placet, ubi iusto sacro, puraque mente termini figantur, qui confinii municipalis, decreto sanciti sunt Romae. Agno, ubi indictum fuerit, sacrum fiat.

Ibidem de thesauro communi
Municip. fiant sacrae lustrationes.
Justis sacris curatis, fructus afferantur muni-
ex putatione selecti. (*cipii*
. . . ibi Nolanorum
terminus finalis
Infodiatur, *Nolanis*
posthac *nil* ultra *liceat.*

Pauca de vocum origine, et potestate subnectimus, de quibus quaesitum alias est.

v. 3. et 4. *Manuv . . . . iu. ciiui.* restituimus: *manuvlaniu ciiui. Manu*, sive opera, *Nolani civis*, quod ad rem pulchre facit.

v. 6. *Lisat. uis.* Olim pro duplici voce habuimus. Rectius una vox *lisatuis* a λυω, solvo. Hinc *lisatuis Abellanus*, absolutus: *Cicatuis Nuvlanis*, damnatus Nolanus. *Cicatulis*, causa cecidit. Una vox, ut *lisat.uis.*

v. 13. *Teerpud. A* τερπειν. *Placeat, iuvet, volupe sit.*

v. 14. 15. *Er . . . ist.* Ερειδιςt. Ab ερειδειν, figere. Vel si mavis, *ερριδ. ist.* A ριζω *stabilio.*

v. 22, *Puturui.* Si a *putando* vox arcessenda est, haec terminorum restitutio videtur autum-

nali tempore facta, quo fructus ex putatione adhuc pendentes a communibus discerni, ac secerni facile poterant. Et hic finis esto curis nostris alteris in Cip. Osc. abellanum. Alia nunc nostra eodem studio curanda.

Com. X. suppetiae.

§. III.

Deleta volumus, quae p. 20. a v. 11. verb. *voluntas* decurrunt ad v. usque 7. pag. 21. eorumque loco haec substitui:

Extra avtoritateis. Ita ex Reinesio. At legendum cum Furlanettio, viro amicissimo, doctissimoque: extra avtorateis. Gladiatoribus videlicet iam rude donatis, qui *exautorati* passim appellantur. Sic in re agraria *extraclusum* pro *exclusum*. Tituli igitur Baebiani haec mens est.

Locus sepulturae, non tamen stricti iuris, conceditur humanitatis ergo Gladiatoribus *exautoratis*, et iis qui sibi *laqueo* mortem attulissent, aut *quaestum spurcum* professi essent. Quibus locum *monumenti* Baebius assignat, sed *citra sui praeiudicium*. Sic intelligendae initiales C. S. P., non *citra suum praedium*, ut Reinesio

visum. Nam monumenti huius Baebiani fines certi paullo post occurrunt assignati *inter pontem Sapis*, *et titulum superiorem*, *quei est in fine fundi Fangoniani*.

Nec otiose additum *citra sui praeiudicium*, ut intelligeretur, non heic assignari locum veri nominis *sepulcro*, quod in ius Pontificium foret transiturum, sed *monumento puro*, ut dicitur, quod nullum iuri dominico praeiudicium esset allaturum.

Hinc v. 7. p. 21. *omisso* sed, *ita a capite*: Jure autem Pontificali, cum caet. quae seq.

Gemmae literatae descriptio, et expositio.

Superne vir stans a poplite ad plantas omnino nudus, cinctu Gabino, levique indutus galea cum subligaculis a genis ad mentum. Gregarium idcirco militem puto. Dextra baculum sustinet, cuius vertici ingens anguis collo innititur, oculis in militem placide intentus, qui invicem quasi ad aliquid illum hortari videtur. Inferne vero quatuor insculpti versiculi characteribus etruscis vetustioribus, quibus formarum defectu latinos substituimus. Sed T Etrusco adspirato, qui quadrilaterus est, Θ graecum, eadem de causa substituimus.

IΘVLABRAVAS
SACARKALΘVI
XRB[ ]K<
KKΘIIIEVΘ

In gemma titulus incedit a dextra ad laevam. Priores duos versiculos ita legerim, et interpunxerim.

Itu . labravas
Sacar . Kal . thui .

Reddo : *Ito , famelice.*
Sacrum gratum libato.

Cui interpretationi , nisi mens laeva est, facem praeferunt Vergiliana haec de angue succedente Anchisis tumulo , cuius *altaria depasta* reliquit:

Ille agmine longo,
Tandem inter pateras, et levia pocula serpens,
Libavitque dapes , rursusque innoxius imo
Successit tumulo, et depasta altaria liquit (a).

Gemma igitur militis votum refert Aesculapio solutum pro restituta sibi sanitate, nam serpens baculo innixus *Epidaurius* videtur. Huic

(a) Aen. V. v. 90. et seq.

porro tituli sententiae mirifice concinit vocum singularum αναλυσις.

Nam *ithu* est graecum ιθι, *ito*. Et Oscis *ittum* est iter. *Labravas* autem est *avidus*, *famelicus* a graecorum λαβρος, *vorax*. Nostratium vulgo *allebrato* est *famei impotens*, non a *lepra*, *sed a* λαβροῦ repetendum. *Sacar*. breviate pro *sacaraclum*, quod est *sacrum*. Item. *xal*. pro καλον, *pulcrum*, *pingue*, *gratum*. Vocem deque *thui* quis non a θυειν arcessat, quod est *libare*, *suffire? Thui* idcirco erit *libato*, *depascitor*.

In posteriores duos tituli versiculos haec placet coniicere. In tertio fortasse latet militis nomen, et ex quarto demum haec videntur posse extundi: *theie. uth*. Quod esset: *dedit ex voto*, nam *uthur* etruscis videtur fuisse *votum*. Nec tanti est, in re tantilla diutius morari.

Digitized by

Addenda *Musarum otiis honestis.*

Quod superest pensi, sibi musarum otia poscunt,
Quae vacuum nusquam tempus abire sinunt.

1.

Classis Gallica in Tangeris expugnatione.

Gallica classis iners?. Hostes sunt *fulmina belli?.*
Et tamen intra horam Tanger inulta cadit.
Ergo pro Gallis vel iam nunc Numina pugnant,
Vel quidvis mage, quam *Gallica Classis iners.*

2.

Respice, qui pone sequitur.

Quo tu sorte tua contentus vivere discas,
Respice, qui sequitur, non tibi qui praecit.

3.

Tempus redimendum.

Tempore qui vitae fuit imprudenter abusus,
Tempus huic semper defuit, ac deerit.

4.

Principatus super humerum eius. Isai. C. 11.

Imperium reges humeris gestant alienis.
Unus, Christe, tuis tu geris ecce humeris.

5.

Ranae iuniores Aesopica prudentiores.

Quo maior fieret, se inflando Rana peremit.
Inflari natos nunc iubet ipsa suos.
Inviti inflantur, donec rumpantur ad unum.
Et bene sic illi. Caetera ne rogites.

6.

Aedem. hanc
Iam. tum. Sec. III. a. Divo. Evphoebio
excitatam
Eiusq. nomini. a. Chr. Fidelibus
nuncupatam
Traditam. deinde. PP. Capucinis
Sec. XVI.
Franc. Xav. Gargiulus. Ep. Thyatir.
Consecravit. 17. Kal. Sept. an. 1844.

7.

Ianuario. Iosephi. F. Rogerio
Vix. an. 80. ob. 12. K. Sept. 1843
Huic. ordine. praepostero. praeiverat
Nicolaus. Fil. qui. vix. ann. 21.
Dec. prid. K. Sept. an. 1843
Carmela. Ricciardia. Vx.
Cum. nat. superstitib. utrique
Pon. curav.

8.

Nicolaus . Iosephi . Fil . Padula
Humanis . divinisq . literis
In . primis . institutus
Archipresb . Eccl . Parochial . insignis
S . Vincentii . ad . Vulturn .
Quam . non . auxisse . contentus . de . suo . et . splend .
exornavit
Potens . verbo . exemplis
Egentium . solamen . pop . suo .
Praeluxit . an . unum . ultr . triginta
Vix . an . 47 . d . 2 . ob . 5 . K . Oct . 1842
Fratri . desideratiss .
Zacharias . et . Joanna . Soror

ISCRIZIONI MISCELLANEE

CORRETTE, E DILUCIDATE.

Digitized by Google

PROTESTA.

Non dubito, che talune, e forse molte, delle iscrizioni da esporsi sieno di già pubblicate. Ma io mi sono altrove protestato, che scrivendo di tali cose, scrivo pe' principianti: ed a questi può giovare anche quello che si ripete per qualche particolarità prima non osservata. Niente dunque pe' Maestri di questa professione? Niente affatto. Solo mi sono studiato, che col mezzo della sobrietà e della chiarezza le mie esposizioni *ita nescientibus fiant cognitae*, *ut tamen scientibus non sint onerosae*. La massima è di S. Gregorio Papa.

ISCRIZIONI MISCELLANEE.

Le iscrizioni che imprendo a correggere e dilucidare, mi sono state gentilmente comunicate dal Signor D. Francesco Saverio Labriola, uomo di buon senso, ed Ispettore degli scavi di antichità nel Circondario di S. Germano. Egli me ne ha rimesso le copie, siccome le ha ricevute, per lo più errate, o mal intese, ed appartengono a varii luoghi, che si avrà la cura di additare partitamente, quando si tratterà delle medesime in particolare. Della prima niente ci si dice di tutto questo, ed è come segue:

I.

IMP . CAESARE . XIII
M . SILVANO . COS
MEMOR
AETERN . (a)
M . SER
MAG
LAR . SACR
D . S . D

(a) Le prime tre lettere sono in nesso.

Riferiscasi all' anno di Roma 752, e secondo dell' Era nostra, quando con M. Plauzio Silvano strinse i Fasci Consolari per la terzodecima volta Augusto. E perciò si è accresciuta di una unità la cifra numerica, che nella copia è XII. Il monumento è funebre, ed eretto alla memoria eterna di M. Sergío, o se si vuole, Servio, chè Sergio, e Servio furono egualmente e *nomi* e *prenomi*. Questo titolo onorario gli fu consagrato *de sententia Decurionum*. Tale si è in questo caso la intelligenza della formola D. S. D, e non già *de suo dedit* (a), il che volendosi, verrebbero ad ignorarsi gli autori del titolo dedicato a questo *Maestro de' sagri Lari*. La seguente fu scoverta in S. Germano nel 1750 presso una Taverna de' Signori Belmonti:

(a) Ved. Fr. Arv. T. XV. facc. 117.

2.

M . AVRELIO
ANTONINO
CAES
IMP . DESTIN
IMP . L . SEPTIMI
SEVERI . PII . PERTI
NACIS . AVG
FILIO
D . D .

Ed è sorella germana, e quindi da riferirsi presso a poco all' epoca medesima di quest'altra ritrovata in *Treviri*, o in altra Città delle Gallie (a):

M . Aurelio
Antonino
Caes . Imp . de
stinato . Imp .
L . Septimi . Se
veri . Pertin
acis . Aug . Fili
RESPA . (*Respublica*)

(a) Rapport. verbal sur les antiquites de Treve, e Mayenc. Par M. de Caumont. Facc. 48.

Riguardano entrambe il mostro di Caracalla, quando fu proclamato Imperadore da L. Settimio Severo, suo padre ancor vivente. Caracalla comparisce Consolo, e Imperadore insieme col suo padre nel 995 di Roma, e 202 dell' Era volgare, ed a quest' anno riferir si debbono i due titoli riferiti.

3.

AGRIA . SVEIA . N . F (a)
SACERDOS
CERER . ET . VENERVS

Ritrovata nel 1789 alquanto di sotto all' Anfiteatro dell' antico Casino. Dubito che in luogo di SVEIA legger dovevasi SVETA, che meglio si confà al cognome di *Agria*, figlia di *Numerio Agrio*. Notisi l' arcaismo di *Venerus*, invece di *Veneris*, il che è segno dell' alta antichità di questa epigrafe.

(a) Queste due lettere sono legate in un sol nesso.

4.

IMP . CAES . M . AVRELIO
MAXIMIANO . PIO
AVG
D . D .

Appartenne ad Interamna, e l'Imperadore, a cui gl' Interamnati tributano l'omaggio di una Statua, fu *M. Aurelio Massimiano Erculeo*, che dal 287 fino al 307 fu nove volte Console.

5.

Q . OVIO . L . F . TER . VRSO
II . VIR . I . D . CASINI

Ritrovata nel 1817 presso *Plumarola* tra'confini d' Interamna, e dell'antico Casino. Da questo, e da altri monumenti da riferirsi è evidente, che i Casinati, ed Interamnati furono ascritti alla Tribù Terentina.

6.

M . AVRELIO . BASILEO
VIRO . DVCENARIO . PROC.
RATIONIS . CASTRENSIS . P . (*pos.*)
ORDO . DECVRIONVM . OB
TANTVM . AMOREM . QVEM . ERGA
PATRIAM . NOSTRAM . PRAES
STARE . CONSVEVIT

Dove sorgeva Interamna. Frugata nel 1834. Si è più volte per noi parlato de' *Ducenarii*. M. Aurelio fu anche procuratore dell' amministrazione Castrense. Appartiensi anche ad Interamna questo che segue :

7.

Q . MARCIO . Q . F
TER . REGI . IIII . VIR . I . D
VIBIA . M . F . TERTVLLA
VXOR

E sembraci sepolcrale. Pur d' Interamna quest' altri due :

8.

M . PRONIVS . M . F . TVB. Q

E credo che quel TVB , sia stato *Tib* : e così M. Pronio sarebbe stato *Questore* di *Tiberio*, siccome L. Saufeio lo sarebbe stato di *Geta* in quest' altro :

9.

L . SAVFEIVS . L . F . GET . Q

Più di questi malagevole è questo ritrovato nel 1841 presso uno degli antichi Ponti diruti del Liri , territorio di S. Giovanni in Carico. La copia avutane non poteva esser peggiore , il che sempre più dimostra , che in simili impegni si cammina sempre alla cieca , ove l' occhio materiale non sia scorto da' lumi della mente intesa di tali materie. Eccola intanto fedelmente :

IO.

. R . *u* TILIVS . C . F . AIM
. . MPIL . LEG . VI . PRAE . COHORTIS
. TR . MIL . PRAEF . EQVIT . PRAÉF .
. BR . II . VIR . Q . AVG . FVNVS
. . VBICE . EX . D . D . AQVINATIVM
ARBITRATV
. NTEROTIS . ET . COSMI . LIBERT .

E sembraci doversi riordinare, e supplire così:

. . Rutilius . C . F , Aem.
Primipil . Leg . VI . Prae . cohortis.
Tr . mil . Praef . equit . Praef .
Fabr . II. vir . Q . Aug . Funus
Publice . ex . D . D . Aquinatium
Arbitratu
Anterotis . et . Cosmi . Libert .

II. VIR. Q. AVG. della 5 linea l'ho per II. *vir. quintum. Augustalis.* E se a taluno in luogo di *quintum* nella solitaria Q. piacesse leggere *Quaestor*, io non mi oppongo. Il titolo si appartiene ad Aquino, ed all' antico Casino i seguenti:

11.

Q . FVTIVS
Q . L
ITHRIS

Trovato in S. Germano nel 1758. Si ha un T. Fuzio, Prefetto de' Casinati (a), ed è naturale il pensare, che di questa gente sia stato Liberto Q. Fuzio.

12.

C . VMMIDI . C . L
EVMENIS (b)
VMMIDIAE
SÈCVNDAE
IN . AG . P . XII.

13.

SEX . LATINI . SEX . F
SEX . N . SEX . PRON .
TER . SABO.*nis*

(a) Com. XVII. pag. 49.
(b) N ed I in nesso.

14.

M . HERENNI . Q . F
GALLI

15.

Q . CAIATIVS
PHILEROS
CAESIA . M . L . SEC .
CAESIA . Q . L . LAV
IN . FR . P . XI

Caiatia in monete dicesi l'odierna *Cajazzo* differente da *Galatia*, oggi le *Galeazze* presso Maddaloni, e così da *Caiatia* si sarà denominato *Caiatius*, siccome da *Aeclano* si disse *Aeclanius*. Se poi è intiera la parola LAV della 4. linea, si avrà un cognome monosillabo di *Cesia*, siccome questo di GE di certa *Septueia*.

16.

SEPTVEIA . GE
Q . SEPTVEI

Ed è la Gente Septueja conosciuta presso il Grutero. Altro esempio simile del cognome *Ge* monosillabo; che può trarsi dal greco γη, *tellus*, nome di *Septueja*, in tempo della sua schiavitù.

17

FVFIDIA . T . L
GE

18.

D . M
FLAVIA
PHILVMENE
MATER
VIXIT . ANNIS
LX

19.

L . LVCI . L . L . PHILEROTIS
L . LVCI . L . L. VITELLI
L . LVCI . L . L . EPAPHROD†
LVCIAE . L . L . DADAE
LVCIAE . L . L . DAPHNENIS
L . LVCI . L . L. ARBITRI
L . LVCI . L . L . CATERVAE
TAMPIAE . D . L . AVGE

Ritrovato nel *Ponte de' Cantoni* fin dal 1759. Riguarda un sepolcro comune de' *Liberti* della gente *Lucia*.

20.

Q . ANNI . OLENVS
D . L
HOMILLVS

Trovata presso il Fibreno nel 1813, e copiata dal Signor Gabrioli. È notevole quell' *homillus*, diminutivo grazioso di *homo*, ed opposto al peggiorativo *homuncio*. Questa voce non si ha ne' Lessici, e merita di esservi inserita. *Homullus* si ha presso il Grutero: ma sembra ave-

re un senso di *disprezzo*, dove *homillus* sente un certo che di *grazioso*, al contrario di *homullulus* di Plauto, secondo Prisciano, che è diminutivo di disprezzo. Appartengono ad Interamna le due seguenti:

21.

D . M . S
L . VIBVLLI
FORTVNATI
QVI . VIXIT . AN
NIS . L̄ . M . V̄I · DIEBVS . V̄II
VALERIA . CAPITOLINA
CONIVGI . B . M . F

Ma ascrivasi alle *sagre* quest'altra:

22.

EPIDIA . L . L
ST.*r*.ATONICE
EDIA . L . L
ANACRVSIS
VENERI . D . D
L . M

Veneri dono dant libenter merito. È un donario, non si sa quale consagrato a *Venere* dalle Liberte Epidia Stratonice, ed Edia Anacrisi.

23.

VMMIDI . C . L
HELENI

Trovato nel sito dell' antica Villa di M. Terenzio Varrone nel 1812.

24.

PAPIA . M . L
SYNTYCHE

Così, e non *Synetile*, come nella copia mal ricavata dall' originale in vivo sasso lungo la Via Latina.

25.

QVEILIRQL
EROTIS

Leggerei: Q. *Veidii.* Q. *Lib. Erotis.* Mal trascritta ancora la seguente:

26.

OSSA
STNEROTIS

E deve leggersi: *ossa sita Erotis*. Veggo ancora una *Veidia* in quest' altra copiata così:

27.

VIIEDIAI . T . F
QVARTAI

che l' ortografia annunzia di molta antichità.

28.

M . LACIOM
CL . HILARO
LACIAE . M . L
IERTIAE
M . MAIO . M . L
IHIIEROTI

Correggo francamente così:

M. Lacio. M. L.
Cl. Hilarò
Laciae. M. L.
Tertiae
M. Maio. M. L.
Philerotì

E da ciò si prende l'indirizzo, per raddrizzare quest' altra:

29.

C. LA. CV. I. L. I. OVF
POLLIONIS

Leggo così:

C. Laci. L. F. Ouf.
Pollionis

Ma forse meglio così: *C. Pacui.*
Supplisco ancora quest' altra scavata presso il Liri nel 1805, ed incisa a grandi caratteri:

30.

D. NOEMA. TEOPI.*sti.* *M.*

cioè: *D. M. Noema Teopisti*, o *Theophili* (*uxor*). Si è veduta di sopra in *Interamna* la gente *Pronia*. Eccone un altro documento dello stesso fondo:

31.

PRONIAE . P . F . MATER
AQVILLIA . C . F . POLLA
TESTAMENTO . FIERI
IVSSIT

Scoverto nel 1810. Appartiensi anche ad *Interamna*, oggi *Termini*, quest' altro monumento funebre della defonta Cornelia Panteride, moglie di Sestio, madre di Sestio Paride, e nipote di Cornelia Panteride. Il titolo l'è posto dal figlio Q. Sestio Paride, e dalla nipote Cornelia Panteride. Eccolo:

32.

CORNELIAE
PANTHERIDI
SEX . (*ux*) CORNELIA
PANTHERIS . NEP
ET . Q . SEXTIVS
PARIS . MATRI
INCOMPARABILI

Il seguente venne alla luce nel 1820 nel territorio di S. Elia :

33.

D . M
C . EVTIO . C . F . SVC
CESSO . VIXIT . AN
NIS . XVI . ME . IIII
VIBVLLIA . AMANDA
MATER . FI
LIO . PIENTIS
SIMO

* Non mi finisce quell' EVTIO. Forse doveva leggersi ÉNTIO.

Quest' altro fu copiato nel 1821 in una Cantina di S. Germano :

34.

D . M . S
L . ASINIO . M . F
FILINO . Q . VI
XIT . ANNIS . IIIII
MEN . XI . M . ASI
NIVS . VICTORIN .
PATER . FILIO . DVLCISSIMO

E quest' altra si appartiene a Piedimonte di S. Germano, e se ne trasse copia a' 20 Settembre 1825:

35.

M . LVCIVS . THEODORVS
SIBI . ET LVCIAE . LAINI
CONLIB . SVAE . ET
LVCIAE . PRIMAE
SVAE . ET . SVEIS
IN . A . P . XI.

In *Plumarola* 1816 si scoprì il seguente titolo, che ci offre la gente *Vitteia* tutto nuova, e della quale non sembra doversi dubitare, per essersi ripetuta ben due volte:

36.

D . M . S
VITTEIA . L . F
LVCVLLA . SIBI
ET . L . VITTEIO . PAL. (*tri*)
GEMELLO . POS
TERISQVE . SVIS
Et . OMNIBVS . *L* . *L* .
IN . FR . P. . . . .
IN . AGR . P. . .

Sotto l' Anfiteatro di Casino nel 1755 fu ritrovato il seguente sigillo di bronzo di *M. Claudio*, Liberto di *Claudia Trofime*:

37.

M . CLAVDI
TROPHIMAE

E con questa occasione voglio soggiugnerne due novelli *eclanesi*:

38.

T. GELLI
PHILODAMI

Nelle mie *ricerche* eclanesi (a) accennai certo *Veterano* co' nomi di *Gellio Germanico Siro*.

39.

COELI
AE PAV
LELBC

che leggo: *Coeliae Paule*, *Lib. C. Coelii*. E de' *Celii* eclanesi vedí le nostre *ricerche* (b), dove si ha un *C. Celio Rufo* che potrebbe essere stato il patrono di questa *Celia Paula*, Liberta di C. Celio.

(a) Facc. 155.
(b) Facc. 171. e 134.

40.

HOC . SEPVLC
RV . IVBINIAC
VINEAL P

Con rozzi caratteri in un gran mattone, che con altri copriva uno scheletro gigantesco. Lo rendo così:

Hoc sepulcrum Iubinia cum vinea Loci posuit.

Così: *aediclam cum vinea, et muris ad opus consummandum, et ad tutelam* (a).

41.

C . BLAI
>L . BITI
C . BLAI
>L . HILARI
L . BLAI
SVRDI

BLAIAE
>L . SALVIA.e.
C . BLAI . L
PHILOMVSI
C . BLAI . C . ET . T
L . SALVI

(a) Com. XV. pag. 29.

Trovata nel 1812 nel Comune detto *Villa* Mi giugne affatto nuova la gente *Blaia*. Si sarà forse trattato di un sepolcro comune a' *Liberti* ed alle *Liberte* di questa Gente.

42.

C . TIMINIO . C
OLILLO
TIMINIAE . C
HELENAE . C
TIMINIAE . C
ARCHE

Se alle quatro C laterali non si sostituisce la iniziale L., oppure *Coll. Lib.*, non fanno nessuno effetto. Fu ritrovata nel 1820 presso la Via Latina nel luogo detto le *Fontanelle*, ed è un monumento sepolcrale.

43.

ALBIA . L . L
CALL'TYCHE

Leggi: *Callityche* = *bella sorte*. Ritrovata

a' 12 Gennaro 1819 presso la Regia Strada di S. Germano.

44.

D . M
PYTHIADI (*ux.*)
ph. ARNACIS

45.

M . LATINI
PHILEROTIS
IN . FR . P . $\overline{XV}$. IN . AGR .
P . $\overline{XII}$

Presso l' Anfiteatro di Casino. Trovata nel 1789. E poco discosto, presso la Cattedrale di S. Germano, quest' altra ritrovata nel 1785.

46.

Q . MEVIVS
Q . L . AN+MACHVS
SIBI . ET CRITONIAE
POSILLAE . ET
SVIS

47.

MEVIA . C . L . MA
MEVIA . C . L . ATHENEAIS
L . HELVIVS . C . L . FELIX
IN . AGR . P . XII

Ritrovata presso la *Via Latina* nel 1774. MA. altro esempio di cognome monosillabo. Dall' agro Aquinate, e propriamente presso *Palazzuolo*, si è avuta quest'altra:

48.

RVFA . RASINIA . L
DANI . CLARA . L . ET
RASINIA . L . FELIX

Sono trè Liberte di *Rasinio*. 1. *Rasinia Rufa*, moglie di *Dano* o *Danio*. 2. *Rasinia Clara*. 3. *Rasinia Felice*.

49.

P . VETRVIVS . P . F
COR
DOMATIA . C . F

Vetruius sta per *Vitruvius*. Trovata in *Atina* nel 1813. Ma assai più imbrogliata è questa dello stesso fondo, e rinvenuta nel 1810:

50.

PLANCIAE . CN . F . L . POSTVMI
MATRI . TER . RVFO . IIV

L'imbroglio è provenuto dal copista, che non ha saputo staccare le linee. Leggasi dunque così, e tutto è chiaro:

Planciae. Cn. F. L. Postumio
Matri. Ter. Rufo. II.*vir.* I. D.

51.

D . M .
(*sic*) EMILIA
DINIRI . CRISC
VXOR
D . D .
L . D . D . D .

Di Piedimonte di S. Germano, e pessimamente trascritta. Che cosa è di fatto quel DINIRI? Correggasi: *Duumviri*, e s' intenderà, che la Curia Casinate in segno di onore *locum dat* ad *Emilia*, perchè moglie del *Duumviro Crescente*.

Dal Signor Caraba ni vien da ultimo comunicato il seguente titolo notevole per la particolarità, per altro non nuova, di due Fratelli cogli stessi nomi.

52.

D . M . S
M . CVFIO . MARCELLO
AEDILICIO
M . CVFIVS . MARCELLVS
FRATRI . B . M . P

L' aggiunto di *Edilizio* apposto al *Cufio* defonto, per ciò che riguardava l' oggetto della memoria, fa bastantemente distinguere l' un fratello dall' altro, e l' *Edilizio* probabilmente era il maggiore.

AVVERTIMENTO.

Nel Cippo letterato di Montecasino da me veduto, e poco fa pubblicato, io con altri avevamo letto: SCOLIMBVMA. COLO. CONSTITVIT. Quindi le nostre vane ricerche sulla supposta novella parola SCOLIMBVMA, che ora vanno tutte in fumo. Devesi leggere: COLIMBVM. A. SOLO. CONSTITVIT; e non può andare altrimenti. È poi il *colimbus*, secondo Lampridio, una *Piscina*, o *Fontana*, che ben si conveniva alle *Terme estive*, di cui si trattava nell'elogio di *M. Senzio Crispino*. Dobbiamo questo lume al sommo Marini (a). Niente per noi più caro di simili confessioni. In qualunque ricerca si vuol cogliere il vero col dare nel segno, e non già lusingare la propria vanità ostinandosi a sostenere quello che non devesi sostenere.

Ad p. 15.

De Agna, quae Termino immolabatur, sic Ovid:
Spargitur et caesa communis Terminus Agna.
Nec queritur, lactens cur sibi porca datur (b).

(a) Fr. Arv. facc. XLI.
(b) Fast. II. v. 655.

FINIS.

VA1 1514487